INtentio mea in hoc tractatu est tradere in arte Medicinæ summas sufficientes per viam breuem, vt sit ianua & introitus desyderãtibus perfici in partibus artis, & vt sit memoria oĩbus, qui quæsiuerunt ipsam, & sciuerunt cognitionẽ eius. Et studebimus loq in pluribus verba concordantia veritati: quãuis contrarientur opinionibus Antiquorum authorũ istius artis. Et dicimus ꝙ ars Medicinæ est ars operatiua exiens ex principijs veris, in qua quæritur conseruatio sanitatis corporis humani, & remotio suæ ægritudinis, ſm ꝙ possibile fuerit in quolibet corpore. quod est, quia finis artis istius nõ est ad sanandum omnino, sed ad faciendum illud, quod potest fieri, & in quãtitate conuenienti, & tempore conuenienti, & postea expectari debet finis, sicut est in arte nautarum, & in regimine exercituum. Et quia artes practicę, inquantum sunt artes, continẽt tria: Primum est scire loca suorum subiectorum: Secundum est scire finem quæsitum ad adducẽdum ipsum in locis subiecti: Tertium est scire instrumẽta, cum quibus valeamus ducere finem illum in locum illius subiecti: ideo ex necessitate ars Medicinæ primo diuisa est in istas tres partes. In prima parte, quæ est ad sciendum loca subiecti, faciemus scire membra, ex quibus compositum est corpus humanum, simplicia & composita, & humores, & spiritus. Et quia finis hic præintẽti & quæsiti sunt duæ species, ſ. conseruare sanitatem, & remouere ęgritudinem, est adhuc ista pars diuisa in duas partes: vna est, in qua faciemus scire quid est sanitas in omnibus rebus sustentantibus ipsam: & sunt quatuor causæ, ſ. materia, efficiens, formalis, & finalis, & in omnibus eã consequentibus: altera est, in qua faciemus scire quid est ægritudo in omnibus suis causis, & eam cõsequentibus. Et quia non est sufficiens scire quid est sanitas, & quid est ægritudo, ad conseruãdum vnum, & ad remouendũ aliud, diuisa est adhuc ista in duas alias partes. in vna faciemus scire qualiter sanitas conseruatur: & in altera qualiter ægritudo remoueatur. Et quia nec sanitas nec ægritudo sunt per se notæ, ideo in prima obuiatione fuit necesse nobis cognoscere signa, quæ sunt signa sanitatis et ægritudinis. & ideo ista pars adhuc est vna partium istius artis. Ergo diuisa est scientia ista in partes septem magnas. In prima quidem narrabimus mẽbra hominis, super quæ testificat sensus, ſ. simplicia, & composita, & humores, & spiritus. In secunda faciemus scire sanitatem, & suas species, & consequentia. In tertia ægritudines, & suas species, & accidẽtia sua. In quarta significationes significantes super sanitatẽ, & ægritudinem. In quinta instrumẽta, quæ sunt cibi, & medicinæ. In sexta viã conseruationis sanitatis. In septima ingenium remotionis ægritudinum. Et intendimus hoc hic ordinare ſm istam diuisionem: eo ꝙ hæc diuisio est ei subiecta. [2] Et quia vna rerum, quas artes speculatiuæ recipiunt ab alijs, est loca subiecti & principia, siue sint illa loca subiecti à principijs notis per se, siue sint à rebus, quarum declaratio fit ab alia arte: oportet nos cognoscere in primis artes, à qbus recipit hęc ars plurimũ suorũ principiorũ: deinde redibimus ad loquendũ de qualibet supradictarũ partium. Et dicamus ꝙ aliqd huius artis est speculatiuum, & illud est eius scientia Naturalis: & aliquid eius est practicale. Et pars practicalis est ars medicinarum experimentalis: & etiam illius est ars anatomiæ. Sed theoricalis plurimum est accepta à causis sanitatis & ægritudinis, & maxime à causis multum remotis: sicut sunt elementa, & similia. Et ab arte Medicinæ experimẽtali disces cognoscere virtutes plurium medicinarum: quod est, quia res, quam cõprehendimus per viam experimentalem, est pauca valde comparatione eius, quod necessarium est nobis in hoc. Sed via artis medicinalis ratiocinatiua est ad dandum causas rerum, quas nobis inuenit ars medicinalis experimentalis. & hæc ars ab arte anatomiæ recipit multas partium sui subiecti. Et quia artifex artis, inquantum est artifex illius artis, non potest cognoscere principia recepta in illa arte, quãuis sciat illa: nescit enim ea, nisi inquantum est artifex alterius artis: ideo oportet eũ recipere illa pricipia artis suæ ab illo loco, in quo sunt magis nota: & maxime principia, quorum omnes partes sciri non possunt ſm certitudinem, sicut est experientia medicinarum. Et ideo de parte huius artis dixit Hip. ꝙ vita hominis est breuis, quando dixit: Vita breuis, ars vero longa. quia pars, quæ est per viam experimentalẽ, non est in ipsa breuitas. & ita est in hoc nostro tempore in pluribus membris, quæ apparẽt per viam anatomiæ, eo ꝙ hæc ars iam est amissa. Et debes scire ꝙ artifex scientiæ Naturalis cõmunicat Medico, eo ꝙ corpus humanum est vna partium locorum subiecti naturalis. sed diuersificatur adinuicem in hoc: quia iste consyderat sanitatem & ægritudinem, inquantum sunt entia naturalia: & Medicus consyderat ea, inquãtum appetit cõseruare vnum, & remouere aliud. Et ideo necessarium est Medico, postquam sciuerit summas, quę aggregatæ sunt in hac arte, studium longum: & postea poterit in ipsa inuenire accidẽtia in materijs, quæ sunt impossibilia scribi. Et Medicus, quãdo fuerit solicitus in operationibus istius artis, erunt firmata in ipso principia experimentalia, per quæ poterit inuenire in materijs illas summas: sicut est in artibus Mechanicis, & cogitatiuis. Et Arist. appropriat hanc artẽ inter artes Mechanicas in virtute. Et ex hoc manifestum est, ꝙ res dicta in definitione Medicinæ, quæ est cognitio sanitatis & ægritudinis, & rerum proportionatarum eis, ꝙ non est definitio vera, eo ꝙ diuisit in ea differẽtiã, per quam cognoscitur differre speculationẽ artificis huius artis à speculatione artificis Naturalis sciẽtiæ. Et ad hoc nõ attendas ei, de quo dixerunt, ꝙ non est sanitas nec ægritudo: quoniam non est inter nocumentũ operationum sensibilium & inocumentum earundem medium: nec est variatio, nisi ſm plus & minus. & non est medium inter duo contraria, ita ꝙ sit aliquod illorum in parte absq; parte, in qua est aliud, nec in tempore absq; tempore, in quo est aliud. & est manifestum, ſm ꝙ dictũ est in scientia speculatiua. Et postq; narrauimus intentionẽ istius artis, & partes suas, & viã speculationis in ipsas, necesse est nobis loq super vnã quãq; partẽ eius.

Medicinæ definitio. Vide alias, apũ Hippo. lib. de Flatibus, apud Gale. in lib. Artis paruæ, apud Auic. prima primi ca. primo.

Medicinę diuisio.

Medicinæ aliqd est speculatiuũ, aliquid est practicale.

Medicę differt a Physico in modo consyderandi.

Contra Gale. in prima technis.

Ratio, quod non dat̃ corpus neutrũ, in prædicamentis. c. de Oppositis.

2 De principijs Medicinæ.

De Anatomia membrorum in uniuersali. Cap. II.

PArticulæ, quæ testificant super ea sensus in corpore humano, sunt species duæ. Vna est membrorum consimilium: verbi gratia, hæc definitio

istius

bant per terram, & etiam comedebant ex speciebus anabulę propter famis necessitatem, quare quotidie moriebantur. x. vel. xij. aut plures. Et postęᵭ euasi cum adiutorio Dei ex illis vinculis & redij in Hispaniam, vidi homines qui comedebāt orobū quibus dolor stomachi sequebatur. Et alios vidi qui comedebant quoddā quod in arabico nominat atthala & radices de lus. & moriebātur. Et vidi similiter in quadā ciuitate quę nominatur mazarus, homines qui propter intensam famem quærebant, & frāgebant ossa antiqua & vetusta cadauerū, & comedebant medullas ipsorum, & moriebantur subito. Et cum tales cibi possint esse diuersi et plures numero, ideo diuersimode diuiduntur, ſm diuersitatem & variationem ipsorum & secundum illam diuersitatem diuersę fiūt ęgritudines, & generantur, & non solum secundum diuersitatem dictorum ciborum, verum etiam ſm naturam locorum, & secundum complexionem & naturam recipientis. Quare tot & tantę possunt esse variationes, quot impossibile esset eas scribi in libro. Tamen dico ꝙ theriaca magna & mertridatum, & electuarium de euforbio, generaliter omnia ista conferunt valde in omnibus predictis, & suis similibus, dummodo abstineat se à comestione malorum ciborum & potuum. Illū vero qui comederit cibaria mala rege cum cibis bonis & laudabilibus, sicut est panis bene fermentatus, & brodium gallinæ optimę, vel caro ędi lactentis, qm istud regimen facit euadere à periculo prouenientę ex regimine mali et corrupti cibi. Si autē virtus fortis extiterit, & corpus fuerit repletum ex humoribus horribilibus & corruptis generatis ab aliquibus dictorū ciborum, stude in purgando eum ab illis humoribus. Et iam superius tibi nominaui diuersitatē medicinarum laxatiuarum, cum quibus extrahuntur & euacuantur oēs species diuersitatis humorū, vnde ad ipsas recurre, considerando virtutē & alias conditiones supradictas. Et si videtur tibi conuenire dare ei bezeharth, sicut sunt barbus se. i. cumani, & smaraldus, vel electuaria supradicta dabis cum prouidentia magna & studio, ſm ꝙ tibi videbitur conuenire. Cognoscendo ꝙ butyrum quod posui in medicamine laxatiuo suprascripto nō est absq; prędentia magna, eo quod butyrum habet aliquid fętoris et horribilitatis, & inde proprietatem habet ad similitudinem trahendi horribilitatē & putredinem humoris prædicti.

Hucusq; rememoratus sum generaliter species epidemiarum, et earum curationes, ſm ꝙ proposui determinare. Et nō remanet amplius determinare de aliqua alia specie, nisi de illa de qua aliqs si vixerit minime euadere poterit, nisi miraculose & volūtate diuina, eo ꝙ homo secūdum Gal. generatus est ex spermate patris & matris, voluntate Dei. Et nutrimentū embrionis est ex sanguine qui descendit ad vuluā. Et quia ipse Gal. nominauit dictum sanguinem, sanguinē menstrualem, putauerūt aliqui sapientes ꝙ nutriatur embrio à sanguine menstruali sed non est ita. Tamen Gal. sequitur vestigium, & cōsuetudinem grecorum, qui vocant omnem sanguinē descendentem ad vuluam menstrualem, quemadmodū ipsi nominant omne apostema quod accidit gutturi siue fit ex sanguine, vel ex cholera aut ex phlegmate, seu melancholia squinantiā. Et quodlibet apostema quod oritur in pectore siue sit in panniculo, seu in pulmone, vel sub costis nominant pleuresim, & de quolibet tumore qui fit in pedibus cū dolore, assueti sunt vocare amacras. s. podagrā, ita omnem sanguinem venientem ad vuluam dicūt esse sanguinem menstrualem. Sciendo pro certo ꝙ si embrio ex tali sanguine menstruali nutriretur sicut est ille qui expellitur & purgatur à mulieribus, nō viueret vllo modo. Immo nutritur embrio ex sanguine valde laudabili. Sed quia sanguis qui naturaliter dicit & est menstrualis, positus est & situs in corpore ipsius matricis, ideo embrio ab illo inficitur, & accidit ei tinea, quæ tinea vulgariter à latinis dicitur sagro, in facie & capite, & destruitur appetitus eius, & corrumpitur, & fit in eo appetitus comedendi lutum, vel carbones & similia. Et ille embrio qui recipit hanc infectionem rectificat eam inquātum potest, & id quod non potest rectificari remanet in corpore, & moratur ibi. Demum natura ipsius per tempus simul extra eiicit & expellit. Mulieres vero post partum si non bene fuerint purificatæ, & euacuatæ ab isto sanguine mēstruali, multæ species ægritudinum eis possunt superuenire secundum præparationem & naturā vniuscuiusq;, ex quibus deficere possunt, & deficiunt aliquæ, & aliquę liberātur volūtate Dei. Embrio autem pro certo dico ꝙ nutritur ex bono sanguine puro & laudabili. Sed quia pro certo dictus sanguis menstruus in matrice infunditur, & in corpore ipsius imbibitur sicut vasa à liquoribus impositis imbibuntur eis & resudando exterius humectantur. Et quāuis vasa inuitreata longinqua sint ab infusione & imbibitione liquorosorum, tamen videmus ꝙ ex longitudine temporis recipiunt infectionem & imbibitionē à fermento, postęᵭ ibi factum fuerit & continuatū tempore longo, ita ꝙ post multā ablutionem si posueris ibi pastam azimam fermentabit absq; fermento aliquo, ꝙ nō fiet in vase nouo, & hoc scemmate cōmiscetur aliqd modicū ex dicto sanguine in embrione, sed fortitudine matricis, & ex alio multo & bono nutrimento quod recipit nō lędit dum permanet in matrice. Post exitum aūt ipsius ab vtero nutritur infans & coadunatur calor naturalis in eo & augmentat, & confortatur natura, & conatur digerere & subtiliare prædictū humorem malum & nociuum, & ipsum exterius expellere, et hoc fit cum labore forti, & angustia magna, & febre valida, atq; graui. Sed ex substantia prædictorū grossorum humorū fiunt variolę & morbilli quę exeunt cum febre valida impetuosa & maligna, qm̄ vides ꝙ illi qui extrahunt butyrum à lacte, non faciunt illud nisi cum labore magno atq; forti valde, & motu laborioso atq; graui. Quare credendum est ꝙ in motu & expulsione variolarum & morbilli illud idē accidere debeat. Et iam in precedenti eorum cura rememoratus sum pro posse. Et causa quare de his hic feci mētionem fuit quia pauci euadūt ab eis. Et quia semper euenire consueuerunt tempore epidemię factę ex corruptione aeris, vel causa aquę putridę vel corruptę, vel ex cibis malis & corruptis sumptis & comestis. Et etiā ad remouendum homines à mala opinione, quia credebant quamplures ꝙ embrio nutriretur in vtero matris à sanguine menstruo, quod falsum est, sicut determinaui, & quia curā de eis superius ordinaui, ideo hic scribere prætermitto, nihilominus monitionem facio his in hoc loco, videlicet ꝙ abstineant omnino à rebus dulcibus & falsis, & bibant aquam frigidam & puram, aut aquam ordei, & elongentur ab omni laxatiuo penitus, donec ægritudo fuerit in declinatione, & declinata multum, quamuis aliqui medici hoc facere assuescant. Si autem post alleuiationem & declinationem ægritudinis reliquiæ aliquæ remanere videantur in variolis vel morbillis, non erit malum ipsas euacuare cum medicinis lenitiuis habentibus proprietatem remouendi acuitatem materiei, sicut sunt tamarindi dissoluti in aqua, quia ipsas reliquias habent expellere & remouere, tamen pro maiori parte non indiges laborare cum istis. Et quia iam compleui quod determinare intendo in hoc loco, desisto in quiete confidens in dominum.

Completus est Liber theysir almudanar cum laude Dei, ędítus in arabico à discreto viro Abymeron in practica & operatione medicinę excellentissimo, fideli regis Aynzoar, translatus Venetijs in cōfinio sancti Saluatoris ab hebraico in latinum à magistro Paraumo physico, ipso sibi vulgarizante magistro Iacob hebreo, in medicina & alijs scientijs plurimum erudito. Currente anno domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo octuagesimoprimo, die iouis quę fuit vigesimaprima Augusti in meridie, Ducante viro egregio & preclaro Domino Ioāne Dandulo sui ducatus anno secundo. Annis arabum. dclxxix. mensis quarti diebus quinq;.

Compositiones magnæ vtiles in tali epidemia.

Curatio.

Embrio nō nutritur sanguine menstruali.

Embrio nutritur sanguine laudabili.

Causa tineę, saris & variolarum in pueris.

Multa mala incurrūt mulieres nisi in partu bene purgētur, & cur.

Vasa vitrea recipiunt impressionē licet non ibibantur.

Origo variolarum & morbillorū.

Morbillis ac variolis oēs fere sūt obnoxii.

INCIPIT ANTIDOTARIVM Abumeronis Auenzoar compositum.

HÆc est particula Antidotarij Abumeronis Auenzoar Libri sui theyzir conueniens illis qui non didicerunt scientiam medicinæ demonstratiuam, & qui in practica medicinæ minime sunt instructi & colliguntur in hoc loco vniuersaliter curæ ęgritudinum cum syrupis & electuarijs & vnctionibus.

SYRVPVS conueniens sanis, & conseruat sanitatē cum adiutorio Dei. & cōfert causis promouētibus arteticam. ℞. myrabolanorū, citrinorū indorū, capillorū veneris, liquiritię mundatæ, violarū. añ. ʒ. i. corticis subtilis citri scedeg. indi. sandali, rosarū seminis cucurbitarū mūdati. añ. ʒ. i. iuiubæ. x. numero, squinanti. ʒ. s. agarici aure. i. Quęlibet medicina cōquassēt per se. & postea oēs simul ponant in. xv. libris feruentis aquę, pręter myrabolanos & agaricū, & bulliāt vsq; ad cōsumptionē medietatis, & colentur, & in illa colatura ponat lib. s. succi fœniculi, de mū habeas myrabolanos & agaricū et pone eos in aquā, & fac bullire vsq; ad cōsumptionē medietatis, & cola. & aggrega postea has colaturas qbus addes lib. vi. zuccharri, & fac bullire vsq; ad spissitudinē syrupi, & reponat in vase vitreo, vel optime vitreato. Syrupus enim iste confert doloribus capitis q fiunt ex fumositatibus malis, quę ascendunt à stomacho ad caput, & mollificat corpus, & prouocat vrinā, et aperit oppilationes corporis, et cōfert etiā venenis malis, & remouet nocumentū malę aquæ.

SYRVPVS conferens oppilationibus epatis & splenis, & debilitati epatis & stomachi. dissoluit ventositatē absq; calefactione cōplexionis. ℞. semina melonis, citruli, & cucurbitę mundata, & seminis scariolæ, & seminis sparagi. masticis, corticis subtilis citri, scedeg. i. folij indi. añ. ʒ. i. sandali, rosarum, & seminis ipsius. añ. partes tres. ʒ. i. seminis cuscutæ aure. iij. alias chefdra. i. cicutæ vel absinthij parui. iuiubę. x. numero, quæ sunt cōquassanda conquassentur, & ponantur in. xx. lib. aquæ feruentis per noctem vnā, & mane bulliant vsq; ad cōsumptionē medietatis, & colentur, & in illa colatura addant aur. ij. reubar. & zuccharri lib. ix. & lib. i. mellis, et iterum simul ad ignē ponantur, & bulliant vsq; ad spissitudinem syrupi. & bibatur de isto omni die cum sitit cum aqua tepida.

ELECTVARIVM quod cōfert stomacho, & adiuuat digestionem, & est delectabile ad comedendū. ℞. corticis citri elixati in aqua, masticis, rosæ. añ. ʒ. i. macis. ʒ. s. darseeni & est cinnamomum nigrum & odoriferum valde. aure. v. teratur quodlibet per se, & cribelleť subtilissime, & coniungantur simul, & conficiant cum syrupo de cydonijs, & de pomis dulcibus, quorum partes sint ęquales, & fiat electuarium, & reponatur in vase vitreato, de quo comedere debet post cibū qm confert valde, et si stomachus prępparatus est ad vomendū causa mali humoris retenti in ipso, aut causa debilitatis ipsius, confert hoc. Aliud electuarū. ℞. electuarij cimarū vitis tenerrimarū, lib. i. zucchari rosacei lib. i. misce simul. Demum. ℞. macis, masticis, corticis citri subtilis. añ. ʒ. i. quæ terēda sunt tere, quę sunt pistanda pistentur, & simul misce in mortario donec optime incorperentur, et si vis ipsum mollificare, mollifica ipsum cum syrupo rosaceo recēti, & repone in vase vitreo vel vitreato. Dosis eius sint aure. v. Istud enim confortat stomachum, remouet vomitū, et confert debilitati stomachi, & omnibus speciebus eructuationis.

SYRVPVS conferens debilitati visus & defectui ipsius & oībus speciebus squinantię, & debilitatibus membrorū, & profunditati somni, et quibus saliua in somnis effundit, et illis ēt qui cum exeunt à somno vana loquuntur & alienant. ℞. rubeæ tinctoris, capillorū veneris, oliuardę. i. policariæ acreuā. i. scolopendriæ, camedreos myrabolanorū citrinorū, chebulorū, & emblicorū, & belliricorū, sandali. añ. i. ʒ. scenæ, fœniculi, se. masticis, thumeni. i. sticados. añ. aur. iiij. liquiritię mūdatæ, florū nenufaris, passularū de suria enucleatarū. añ. quartā partem omnium supradictorū. Quę sunt conquassanda cōquassent, & infundantur per noctē vnā in libras. xl. aquæ feruētis, & mane bulliasit lento igne vsq; ad cōsumptionē medietatis aquę, & colent, & in illa colatura ponant lib. x. zucchari, & lib. iij. mellis, & decoquant ad spissitudinē, & recōde in vase vitreato, de quo qualibet die bibant. ʒ. ij. cū quater tanto aquę calidę, & cōfert cum adiutorio Dei.

SYRVPVS vtilis scroffulis quæ oriunt circa collum & sub ascellis, et doloribus iunctuarum, et remouet dissolutionem rheumatis. ℞. ireos lib. i. squinanti, & panicaldi. añ. ʒ. ij. alias. v. masticis aure, v. Quæ sunt conquassanda conquassentur, & ponantur per noctem in. x. libris aquę feruentis, & mane bulliant ad lentum ignem vsq; an consumptionem medietatis, et colētur, et in illa colatura ponantur. ij. lib. mellis & ij. zucchari, & simul bulliant ad spissitudinem syrupi. Postea adde libra. i. fortis aceti, & iterum decoquantur vsq; ad spissitudinem, & reponātur in vase vitreato. Dosis eius sit quodlibet mane. ʒ. s. cum ter tanto aquæ calidæ, & confert cum adiutorio Dei.

SYRVPVS ad raucedinē vtilis valde. ℞. succi cauliū & succi raffani, & rosarū odoriferarū. añ. lib. i. liquiritiæ mundatę. ʒ. i. masticis aur. iij. Quę sunt cōquassanda cōquassent, & infundantur per noctē vnā pręter succos in lib. iij. feruētis aquę, & bulliāt vsq; an cōsumptionē medietatis, & colent, & misce cū prędictis succis, et dissolue cū istis lib. i. medullę cassię fistulę, & decoquant simul lēto igne vsq; ad spissitudinē et bibant de isto oī mane. ʒ. ij. cū bis tāto aquę calidę, lambēdo successiue & paulatine.

ELECTVARIVM quod sumitur post cibū et adiuuat digestionem. ℞. ligni aloes, macis, corticis subtilis citri, anisi, fœniculi, & succi liquiritiæ. añ. ʒ. i. masticis aure. v. quælibet pistentur per se, & postea simul iungātur, et conficiantur cum electuario pomorum, et dentur post cibum, quia valet multum cum adiutorio Dei.

ELECTVARIVM etiam cōueniens prędictę ęgritudini, et confert valde cum adiutorio Dei. ℞. dragaganti, et succi liquiritiæ. añ. ʒ. iij. et pistentur, et bulliant lento igne, cum lib. ij. succi raffani, et. ij. lib. zucchari, et decoquantur ad spissitudinem, et fiat loch.

SYRVPVS conferens tussi cum adiutorio Dei. ℞. iuiubę, sebestem, liquiritię mūdatę seminis rosæ, seminis melonis et cucurbitæ. añ. ʒ. ij. masticis, corticis citri. añ. aure. v. quę sunt conquassanda conquassent, et infundantur per noctem in. xxiij. lib. feruentis aquæ, mane vero bulliant lento igne vsq; ad cōsumptionem medietatis, et colentur & in illa colatura ponātur lib. x. zucchari, & ij. libr. mellis, decoquantur simul vsq; ad spissitudinem, de quo bibatur omni mane à. ij. ʒ. vsq; ad. iij. cum ter tanto aquæ calidæ, & confert cum adiutorio Dei.

PILVLÆ Similiter cōferentes huic passioni cum adiutorio Dei. ℞. succi liqritię, & dragagan. penidiarū et gūmę arabicæ. añ. ʒ. v. granorū pini, et amygdalarū dulciū. añ. aure. iij. pistent quęlibet per se, & q̄ sunt cribellā da cribellent, et cōfice cū syrupo rosaceo zucchari, et bulliant postea aliquātulū lento igne, et informent ad modū lupinorū, & teneantur in ore die noctuq; vna post aliā.

SYRVPVS Aptus torturæ oris. ℞. rubeæ tinctoris, corticis citri, oliuardæ, squinanti, asarebaccharæ, radicis apij. añ. ʒ. i. agarici, cētaureę mino. añ. aure. v. cōquassanda cōquassent, & infundant per noctē in lib. xij. feruētis aquę. Mane vero bulliāt lento igne vsq; ad cōsumptionē medietatis, et colent, et in illa colatura ponant syrupi corticis citri & syrupi masticis. añ. li. i. ij. et syrupi rosacei li. i. decoquant simul iterū vsq; ad spissitudinē syrupi. de quo bibatur omni mane ab. ʒ. ij. vsq; ad. iij. cū aqua calida.

ELECTVARIVM Quod sumit immediate post cibum conferens valde hinc passioni. ℞. electuarij corticis citri, electuarij de aniso. añ. lib. s. masticis, & macis, & rubeæ tinctoris. añ. aur. iij. puluerizentur istę species, &

incorporentur

incorporẽtur cum prędictis electuariis,& recipiantur de iſto poſt cibum ſemper aur.v.

SIRVPVS aptus & cõferens valde ſpaſmo ſicco, q̃ fit ex inanitione.℞.liquiritiæ mũdatæ libr.ii.florum linguæ bouinæ lib.ſ.chamomillæ.℥.i. ſeminis lini aure.iii. croci.aure.i.cõquaſſent quæ ſunt cõquaſſanda.& infundantur per noctẽ in lib. xii. feruentis aquæ.Mane autem bulliant lento igne, vſque ad cõſumptionem medietatis, & colentur,& in illa colatura ponatur libr.i.zucchari, & reponantur ad ignem, & bulliant lente vſque ad ſpiſsitudinem,& propina ei ad bibendum indifferenter prout ſibi placuerit.

ELECTVARIVM Quod conuenit dictę paſsioni, & comeditur indifferenter qualibet hora ſicut comeduntur fructus.℞.amygdalarum excorticatarum lib.i. piſtentur & cõficiantur cum lib.i.electuarij pomorum, & cum ℥.i.maſticis puluerizati, incorporẽtur ſimul in mortario, & ſi vis ipſum mollificare, fac cũ ſyrupo pomorũ, & doſis eius ſit à.℥.i.vſq̃.ad.ii.

SIRVPVS optimus ſpaſmo qui fit ex repletione.In hac enim paſsiõe ſicut dixi in libro incipiẽdum eſt à phlebotomia, & poſtea ei fiat ſyrupus iſte.℞.corticis citri,ſeminis meloni mundati macis.añ.℥.i.maſticis.℥.ſ. conquaſſentur quæ ſunt conquaſſanda,& infundantur in feruenti aqua per noctem, & mane bulliant vſque ad conſumptionem medietatis,& colẽtur,& in illa colatura ponantur ſyrupi ſquinzabin, & ſyrupi corticis citri.añ.lib. vi.& ſyrupi ſquinanti libræ.ij. & reponantur ad ignem lentum decoquendo ad ſpiſsitudinem.& propina ei quolibet mane à duabus vncijs vſque ad tres cum ter tanto aquæ tepidæ.

ELECTVARIVM conferens valde dictæ paſsioni & comeditur indifferenter ſicut comeduntur fructus.℞.electuarij de aniſo, electuarij corticis citri.añ.lib.i.alias ſex. macis puluerizati.℥.i.incorporentur ſimul, & doſis eius ſint aure.quinque.

SIRVPVS optimus conferens debilitati ſtomachi, & corruptioni appetitus.℞. pulparum cydoniorum mundatorum, & cimarum vitis recẽtium & acetoſarum.añ. lib.i.maſticis,& ſe.fęniculi.añ.℥.i.cõquaſſentur cõquaſſanda, & ponant in quarta parte vnius quintarii feruẽtis aquæ per noctẽ vnam,& mane bulliant lẽto igne vſq̃ ad conſumptionem medietatis,& colentur. Ponẽdo de illa colatura partem octauam quartæ partis quintarii ſucci limoncellor℞,& ſucci agreſtę.añ.lib.i.reponãtur omnia ad ignem,& coquãtur vſq̃ ad ſpiſsitudinem, & da ei bibere omni mane.℥.ij.cum ter tanto aquæ calidæ.

ELECTVARIVM Vtile valde huic ęgritudini.℞.limoncellorum excorticatorum, & inuoluantur in paſta, & ponãtur in furno tãdiu donec decoquãtur ſicut panis, demum extrahãtur,& mũdentur à ſeminibus,& piſtent fortiter cum zuccharo,ita vt ſuperet zuccharũ, cui addatur maſticis,& daſceni.ſ.cinnamomi nigri odoriferi,& p fecti ſecundum quantitatẽ receptionis,cuius doſis ſint aure.iiii.in omni hora ſecundum quod comedũtur fructus.

SYRVPVS cõferens debilitati hepatis,& icteritiæ, & corruptioni appetitus,& ſanitati impfectæ.℞.ſquinãti & ſpicę nardi ſeminis macedonici,& ſpicæ romanę, & radicis de ſticad.i.cyperi,paſſularũ enucleatarum,liquiritię mũdatę maſticis, oliuardę.i.policarie,citrag.i.tapſię. añ.aur.x.reubarbari recẽtis,croci.añ.aur.ii. quæ ſunt cõquaſſanda conquaſſentur,& ponãtur in.xiii.lib.aquæ feruentis per noctem vnam.Mane vero bulliãt vſque ad cõſumptionem medietatis,& colẽtur,& in illa colatura ponantur zucchari.lib.vi.& melł lib.i.& iterum bulliãt vſque ad ſpiſsitudinem lento igne,de quo bibatur qualibet die à.ii.℥.vſq̃ ad.iii.cum ter tanto aquæ calidæ,& cõfert cum adiutorio dei.

ELECTVARIVM vtile valde prædictis cauſis.℞.lactæ lignorum mũdatæ,ſpicæ nardi,ſquinãti.maſticis,darſceni macis,gariofi.añ.℥.i.reubarbari recẽtis.et croci,añ. aure.iiii.roſarum ad pondus omnium,piſtentur quęlibet per ſe,& cribellentur, & conficiantur cũ ſyrupo roſaceo & ſyrupo pomorũ,quorum partes ſint æquales,& reponatur in vaſe vitreato, & dabis omni mane de iſto ad comedendum.à.iiii.aur.vſq̃.ad.v. Et iã ſcis ex his quę p̃ dixi,q̃ quando hepar fuerit curatum,& ſanatũ ſanatione integra,digeſtio fiet,& erit completa,liberabitur patiens ab hydropiſi & icteritia cũ adiutorio dei. Et noſti etiã q̃ debilitas hepatis aut procedit à mala complexione ipſius hepatis vel à mala cõplexione aliorum mẽbrorũ. Et ſcis iterum quòd male complexiones ſimplices vel compoſitæ fiunt & accidere poſſunt & à cauſis intrinſecis et extrinſecis. Et ſcis ſimiliter q̃ quãdo homines viuũt inordinate in cibis & potibus, deſtruit̃ hepar,& inde proueniũt ad hydropiſim propter defectũ caloris innati. Et ſatis eſt etiã manifeſtum q̃ ille qui eſt aſſuetus celebrare minutionẽ & dimittit illã, inde poteſt ad hydropiſim peruenire. Et ſimiliter accidit mulieribus ex retẽtione menſtruorũ, et viris ex retentione hæmorrhoidarum. Quare dico q̃ ſyrupus prædictus, et iſtud electuarũ præſcriptũ cõfert multum omnibus ſpeciebus hydropiſis, ſed quia intẽtio mea eſt abbreuiare ſermonem,ideo pono curas vniuerſales,q̃ particulariter tractãdo non poſſem breuitatem ſeruare quam intendo,quare particularia diſcretioni medici prætermitto. Tamen cũ tu medicaris hypoſarcam,iunge in ſyrupis vel electuariis ea, quæ habeant prouocare vrinã conſiderãdo ſemper in iſtis & alijs ægritudinibus quæ ſunt cõſideranda. Prouocãtia autẽ vrinam ſunt hæc ſemina cucumeris ſarraceni,et melonis,et citruli,et fœnicu li,et ſuccus etiam iſtorum,radix apij, et eius ſuccus, radix petroſellini,et eius ſuccus,charcaſ.i.alias et cãſcaf.i. camęleonta et ipſius radix. Omnia autẽ iſta poſſunt propinari cruda,vel cocta,ſed cocta non inducũt dolorẽ ſtomacho, et proſunt cum adiutorio dei.

De diſpoſitionibus hepatis.

Prouocãtia vrinam.

SYRVPVS coferens doloribus ſplenis,et remouet illos,et ſubtiliat ipſum potenter.℞.ſquinanti, ſpicæ, eupatorij,ſe.fœniculi,radicis de tarfea.i.tamaricis,acreuam.i. ſcolopendriæ,apii,rubeæ tinctoris,curã halani, floris chamomillæ,paſſularę enucleatarũ, ſu.i. valerianæ,meu.añ. ℥.i.ireos partes tres.℥.i.radicis capparis, et radicis cedri. añ.aure.ii.maſticis aure.ſ.cõquaſſa quæ ſunt cõquaſſanda et infundãtur per noctẽ vnam in.xxx.lib.aquæ feruẽtis, et bulliant vſq̃ ad conſumptionem medietatis lento igne,et colẽtur:et in illa colatura adde lib.iiii.zucchar.et mellis lib.i.et aceti lib.iiii.et iterum bulliant lẽto igne vſque ad ſpiſsitudinem, de quo bibantur omni mane.℥.iii. cum aqua calida.Et cauẽdum eſt omnino ne coquat̃ ſyrupus iſte in vaſe æreo, niſi ſtãnato optime,qm̃ ſi fieret,magnum poſſet inde conſequi nocumentum.

ELECTVARIVM vtile prędictis cauſis.℞. ſu meu radicis traſſe.tamaricis,acreuan.eupatorij,paſſularũ enucleatarum,cro.añ.℥.i.rubeæ tinctoris:maſticis. añ.℥.ſ.radi.capparis,aur.iij.piſtentur et cribellẽtur ſubtiliter quæ libet per ſe,& conficiantur cum ſyrupo ſquinzabin.in de zuccharo.& doſis eius ſit a.iiii.aur.vſq̃.ad.v.

SYRVPVS conferens oppilationi, & doloribus hypocundriorum.℞. harſcainna libr.i. liquiritiæ mundatæ. vnc.viij.chamomillæ, ireos. ana. vnc.iij.nanocha,& eſt ameos,dauci.ana.vnc.ij.quæ ſunt conquaſſanda cõquaſſentur,& infundantur per noctem in .xxx.lib. aquæ feruentis,mane vero bulliant lento igne vſque ad conſumptionem medietatis,& colentur & in illa colatura addantur lib.vii.zucchari,& mellis tantundem, & lib.iii.decoctionis chamomillæ, & iterum bulliant ſimul lento igne vſque ad ſpiſsitudinem,doſis eius ſit a vnc.ii.vſque ad.iii. cum quater tanto aquæ tepidæ.

ELECTVARIVM conferens prædictis cauſis, & comeditur indifferenter ſicut comedũtur fructus.℞.mareãzatus,& eſt maiorana:nahãna.i.menthæ.añ.℥.iiij.corticis citri,haſce & atan.añ.℥.ii.maſticis,& chamomillę,añ. ℥.i.ſucci liqritiæ.℥.ſ.gariofilorũ quartã partẽ.℥.i.piſten-

tur & cribellẽtur quęlibet per ſe. Quibus addatur aure. i. puri & optimi balſami, & conficiãtur cum ſyrupo de corticibus citri & reponatur in vaſe vitreato, cuius doſis ſit ab aur. iiii. vſq; ad. v.

SYRVPVS conferẽs ſyncopi, & omni debilitati cordis. ℞. ſetę combuſtę lib. i. ſucci bugloſſę, & liquiritię mũdatę. añ. lib. ſ. menthę & gariofilorũ, & baſiliconis, et maioranę añ. ʒ. i. maſticis. & corticis citri. ana. ʒ. ſ. Quæ ſunt conquaſſanda cõquaſſent, & infundantur in. xxv. lib. feruẽtis aquę per noctẽ vnã. Mane vero bulliant lento igne vſque ad conſumptionem medietatis, & colẽtur, in cuius colatura ponant lib. x. ſucci pomorũ dulciũ, & lib. x. zucchari, & iterum ſimul bulliant vſq; ad ſpiſſitudinẽ, cuius doſis ſit omni mane ab. ʒ. iii. vſq; ad. iiii. cũ quater tanto aquæ calidæ, proficiet cum adiutorio dei.

ELECTVARIVM valde vtile prædictis cauſis. ℞. ligni aloes: aure. iii. corticis citri. ʒ. i. piſtentur & cribellentur ſubtiliter, & conficiantur cum ſyrupo pomorum dulcium facto cum zuccharo, & propina ad comedendum, quòd ſi patiens habuerit tremorem cordis cauſa phlebotomię, erit perfectum.

SYRVPVS conferens valde ſputo ſanguinis qui prouenit à pectore, vel pulmone, primo in hac paſſione celebrãda eſt minutio baſilicæ dextri brachii, & poſtea detur de iſto ſyrupo omni die ab. ʒ. iii. vſq; iiii. cum bis tanto aquæ. ℞. corticis auellenarum quę circundant nucleos, acacię caudę equinę. añ. ʒ. i. roſarum, & ſeminis florũ granatorum. añ. ʒ. ſ. ſumach: & maſticis. añ. aur. iiii. cõquaſſentur quæ ſunt conquaſſanda, & ponantur in. x. lib. feruentis aquæ per noctem, in mane vero bulliãt vſq; ad cõſumptionẽ medietatis, & pone in hac colatura lib. iii. ſucci plantaginis, & lib. viii. ſyrupi roſacei & ponantur ad ignem decoquẽdo ad ſpiſſitudinem, & repone eum in vaſe vitreato. Cuius doſis ſit quolibet mane. ʒ. iiii. cum bis tãto aquæ tepidę. & caueat ſibi à vociferatione, & clamatione, & ab omni motu, & paſſione animę, ſed requieſcat ſuauiter in camera ſua ſuper lectum ſuum, & nõ comedat carnes omnino, ſed comedat panem bene fermentatum cum zuccharo roſaceo.

MACHAZON Quod confert iſtis cauſis, & comeditur ad modum fructus. ℞. corticis auellanarum, cimarum vitis, ſeminis zeraſceris. i. ſeminis ſcariolę. añ. ʒ. i. mũmiæ aure. iii. piſtetur quodlibet per ſe, & cribellentẽ ſubtiliter, & cõgregentur ſimul, & cõficiantur cum ſyrupo roſaceo de zuccharo rationabiliter facto, et de iſto ſumatur indifferenter pluries in die, ſicut recipiũtur fructus à. iiii. aure. vſq; ad. v. Quod ſi cõſolidabitur vulnus & remouet tuſſis, liberabitur infirmus integre & perfecte. Si autẽ tuſsis permanet, & vulnus non conſolidatur, tunc in curatione huius aliter eſt incedendum. vcz. quia curandus eſt cũ rebus temperatis, habentibus proprietatẽ abſtergendi. mũdificandi, & deſiccãdi abſq; acumine, & cum hoc habeãt aliquam proprietatem reſoluendi. Cognoſcendo ꝙ ex leui cauſa hęc paſsio recidiuatur. Et huic cauſę cõfert valde hoc medicamen. ℞. amygdalarũ amararum, quia ſunt vtiles valde in hoc caſu. chamomillæ antheræ. ſucci liquiritiæ añ. ʒ. i. corticis citri. ʒ. i. fiſticis. ſe. lini. añ. ʒ. ſ. piſtent quælibet per ſe, & quæ ſunt cribellenda cribellentur, reliqua piſtẽtur, & miſceãtur omnia cũ ſyrupo ſcari. mixtione dura & de hoc electuario recipiat aur. iiii. omni die ieiunus. & rege eũ pane optime fermẽtato cũ pullis, & gallinis, vel cũ carnibus hædi lactãtis præparatis in taſphea alba & ſimilibus. Si vero ſanies à pectore proceſſerit leuiter cum adiutorio dei poterit liberari prædictis curationibus. Quod ſi à pulmone emanauerit, tunc aliter eſt curãdus. videlicet, præparando ſe oĩbus modis ad hanc curã exercẽdam quæ eſt nobilis & maximi iuuamẽti. Accipe ergo peciam bolli cõmunis cum quo tingitur, & proiice eam in ignem, & dimittatur tãdiu donec fortiſsime ignitur, & poſtea infundatur in aqua roſacea in vaſe cooperto ad modum emboti, & recipiat per fiſtulam vel cãnam fumum, & per os à longe, & patiens à longe debet fumũ per os trahere multoties, quia ſic agẽdo à prædicta paſsione poterit liberari. & iã cognita eſt manifeſtiſsime & approbata hæc cura, quoniam pater meus ipſam fecit Regi de Andelluſii, qui inde cognouit ex ea certiſsimum iuuamẽtum. Et abſtineat patiens ab omnibus carnibus, præterq; à pullis gallinaceis, & gallinis præparatis in taſphea alba vel viridi cum pane bene fermentato, elongando ſe ab omnibus alĳs rebus. Sed comedat panem cum zuccharo roſaceo quantum poteſt, quia hoc vtiliſsimum eſt valde huic paſsioni.

Zuccharũ roſaceum phthiſicis ſaluberimum.

SYRVPVS conferens valdé pleureſi factæ in pectore vel pulmone. In primis fiat phlebotomia in oppoſita parte apoſtematis, & ſit de cephalica, & poſtea propinet ei de iſto ſyrupo. ℞. charſcainne, & chamomillę, liquiritię mundatæ, acreuan. i. ſcolopẽdriæ. añ. aure. x. ſeminis melonis, & hopnep, ideſt iuiubę. añ. aur. v. radicis apii: & deroxineg. ideſt fœniculi. añ. aure. ii. cõquaſſentur quęlibet a per ſe, & in nocte ponantur in. xii. lib. feruẽtis aquæ mane vero bulliant lento igne vſque ad conſumptionem medietatis, deinde fortiter exprimendo colẽtur, & in illa colatura ponantur. v. lib. zucchari, & ii. li. aquæ roſaceæ, & bulliant ſimul vſque ad ſpiſsitudinem ſyrupi, & ſumãtur de iſto quolibet mane. ʒ. ii. cũ ʒ. ii. aquæ tepidæ. & cibus eius ſit panis ablutus cum aquis quinque, & de iſto comedat. ʒ. i. vel plus, prout tibi videbitur, & elongeẽt ab omnibus ſpeciebus carnium. & cum hoc regimine Deo dante reſoluetur apoſtema tali modo ꝙ † pueniet ad ſanitatẽ.

† Ap. non pueniet ad ſaniem.

PILVLÆ ad tenendum die noctuque in ore, & id qđ reſoluitur paulatine deglutiatur. ℞. liquiritię mundatę, & ſe. melonis, & cucumeris mũdatarum. añ. aure. x. piſtentur quælibet per ſe, & incorporentur cum ſyrupo violaceo liquide. & ponantur ad lentum ignem, & bulliãt donec inſpiſſentur, & fiant pillulæ ſimiles granis lupinorũ, & teneantur in ore die noctuque, deglutiendo ꝙ reſoluit̃ vt dictum eſt, & conferunt cum adiutorio Dei. Quod ſi non contulerint, eo quòd apoſtema conuerſum eſt ad ſaniem, neceſſe eſt tibi aliam curam facere, & eſt hæc. ℞. liquiritiæ lib. ĩ. ireos pãnicald, violarum & iuiubæ. añ. ʒ. i. ſandali & roſæ. añ. iii. quartas. ʒ. i. paſſularũ enucleatarũ ʒ. ſ. quæ ſunt piſtãda piſtentur, & infundãtur in li. ii. aquę feruentis per noctem vnam mane vero bulliant lẽto igne vſque ad conſumptionem medietatis & colẽtur. & in illa colatura ponãtur. xv. lib. mellis & lib. ii. zucchari, & bulliant vſq; ad ſpiſsitudinem. & dẽtur de iſto patiẽti quolibet mane. ʒ. ii. cũ ter tanto aquæ tepidæ. & cib⁹ eius ſit taſphea ex pullis paruis, vel perdicibus paruis recipiẽdo tãtum brodium, & non carnes. Et quantitas cibi ſit quarta pars eius: quod conſueuerat comedere in ſanitate eius.

PILVLÆ conuenientes in hoc caſu. ℞. ſemi. lini aſſati: liquiritiæ, añ. ʒ. i. piſtẽtur iſtæ duæ res quęlibet per ſe, & madefacias cum ſyrupo pomorũ dulcium, & fiãt pillulæ ad modũ lupinorum, & teneantur in ore donec liqueſcant ſucceſsiue die noctuq;.

SYRVPVS conferens ſolutioni ventris, & lienteriæ, ℞. foliorum myrthæ & florum eiuſdem. añ. ʒ. ĩ. ſe. malorum granatorum, quod reperitur in medio floris malorũ granatorum, & coralli albi. añ. ʒ. i. maſticis, & florũ ſtichados añ. ʒ. ſ. quæ ſunt cõquaſſanda cõquaſſentur, & infundantur per noctẽ in. xv. lib. aquæ feruẽtis, mane vero bulliant vſq; ad conſumptionẽ medietatis lento igne, & colẽtur, & in iſta colatura ponantur de ſyrupo ſiccarum roſarum. añ. ʒ. iiĩ. & iterũ ſimul bulliãt vſq; ad decoctione ſyrupi. Et regimẽ eius ſint pdices valde decoctæ. ſ. vſq; ad diſſolutionem ſuarum carniũ, & poſtmodũ cõdiantur in taſphea, & propinentur ad comedendum, & ſuſpẽdatur ad collum patiẽtis ſmaragdus qui deſcendat ſuper ſtomachum, quoniam confert valde.

Suffumigiũ phthiſicis optimum.

MACHAZON Quod eſt conferens valde in hac paſſione. ℞. caudæ æquinę. florũ granatorum, florum myrthe, & maſticis, añ. ʒ. i. foliorum myrthę, & ſemi. lini. añ.

aure.

aure.v. quælibet piſtentur per ſe, propter groſſitudinem ſubſtantię ipſarum, & cribellentur ſubtiliter, & conficiantur cum ſyrupo myrthellæ, & ſyrupo liquiritiæ. Et doſis eius ſit quolibet mane & ſero à.iiij. aur. vſq; ad.v.

SYRVPVS conferens valde cōſtipationi ventris. ℞. ſemi. chartami, myrabolanorū citrinorū, violarū, & liquiritiæ. añ. ʒ.ſ. alias vnam mēthæ. ʒ.ſ. maſticis & zarauz. i. ariſtologiæ. añ. aur. xl. Piſtentᵉ quælibet ꝑ ſe & ponantᵉ in lib. iiij. feruentis aquæ & bulliant lento igne vſq; ad conſumptionē medietatis & colentᵉ, & in iſta colatura ponat tantundē zucchari, & bulliant iterum vſq; ad ſpiſſitudinē ſyrupi, & dentᵉ de iſto quolibet mane ieiuno ſtō. ʒ.iii. cū. ix. ʒ. aquæ tepidæ. Et rege eū regimine lenitiuo, ſicut ſunt carnes caſtratinæ, & hædorū lactentiū, elixæ cū oleribus mollibus, & lentiuis, qm̄ cōfert cū adiutorio Dei.

SYRVPVS conferens in retentione vrinę. ℞. ſeminis citruli, cucumeris, melonis, & cucurbitæ mūdatarū. añ. ʒ.i. dauci, & radicis apij, & fœniculi añ. quartā ꝑtē. ʒ.i. cō quaſſentur quælibet ꝑ ſe, & ponantᵉ in. xx. lib. aquę feruētis, & bulliant vſq; ad conſumptionē medietatis, & colētur, & in ipſa colatura ponantur zucchari lib. vi. et mellis lib. i. & iterum bulliant vſq; ad ſpiſſitudinem ſyrupi, & ꝑpinentᵉ de iſto quolibet mane. ʒ.ij. cū. ʒ. viij. aquę calidæ.

